



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

CONSILIVM CXI.

VIA veritas in paucis consilii, pro decisione presentis difficultatis breuiloquio, utendum esse existimaui, distinguendo, **¶** **¶** aut emphyteosis, quæ dicitur renouata secundum formam, & tenorem, de quo in instrumento mihi exhibitio, fuit noua, & non paterna, & tunc concludo dominam Margaritam ex tenore inuestitura patrum, & alios suos patruales, & solam in parte rei emphyteotica post mortem patris posse ex illius pacto, & prouidentia succedere, cum eius pater sine filiis masculis decesserit, ut est tex. ubi habet decisio in c. 1. de duob. fratrib. à cap. inuest. & ibi And. Iser. qui dixit hunc casum esse planum, & rationabile, ceterisq; feudis in hoc concordant: nam videntur in casu proposito duæ lineæ constitutæ, & quouique aliq; siue masculi, siue femine de una linea supererint, alii de alia linea admitti nequeunt & uirtute iuris ac crescedi, quod ex ui inuestitura loci haberet, ut ibi, & in c. 1. §. 1. de natu. success. seu. & in c. 1. in fi. de success. seu. **¶** Aut emphyteosis fuit antiqua, & paterna, & tunc etiam si fuerit concessa sub forma, de qua in dicto instrumento, patruus, & patruales in parte Petrigentilis per ius accrescendi succedere possunt exclusâ filia femina, quoniam in emphyteosi antiqua concessa est sub tenore, & forma prædicta, si contingat alterum cum filia decedere, illa propter masculos descendentes primi recipientis debet dici exclusâ, nec admitti potest, quouique aliquis ex descendentes masculis primi acceptoris superat. c. 1. de eo, qui sibi, vel hæred. suis masculis, & fem. inuesti. accep. & Dec. in c. 1. §. 263. cum alijs. **¶** Quo fuerit ad partes alias dictæ rei emphyteotica, quæ ex ui successionis paterna, & ex natura inuestitura ad patruum, & patruales spectare debuissent, si inter fratres diuisio facta esset, & res emphyteotica uni tantum fuisset assignata, tunc si sumus in feudo, seu emphyteosi paterna, masculi præferentur cuilibet femina, quæ & si ex natura cõcessionis comprehensa esset, tamen nisi omnibus masculis deficientibus admitti non poterit, argu. d. c. 1. de natu. success. feud. & est glo. in c. si quis miles constituit. feud. do. Lotha. imper. c. 1. de eo, qui fin. fecit agna. de feud. pater. & c. 1. §. si titius cum Sempronio. si de feud. conten. inter dominum, & agnatos. & hoc modo intelligo id, quod uolunt Bar. Alex. & alij in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. q. ff. de uerb. oblig. & Bal. in l. 1. q. 1. ff. de rerum diuisio. si uero essemus in feudo, seu emphyteosi noua concessa pro se, & eorum filiis masculis, & illis non extantibus pro filiabus, & de descendentes feminis, quo casu si aliter ex dictis fratribus sine masculis hæredibus superstitibus filia femina decesserit, filia in succedendo patruum, & patruales suos excludit, ut dictum fuit, si inter ipsos fratres facta esset diuisio, & uni soli tota res feudalis, seu emphyteotica esset assignata, alteri uero fratri bona alodialia data essent cum generali reservatione, ut fieri solet, si postea contingat alterum ex dictis fratribus sine masculis decedere superstitibus solâ filia femina, prout in casu occurrenti euenit, tunc filia femina, exclusis patruo, & patruelibus suis ad partem, quæ ex cõcessione debuit ad patrẽm peruenire, admittitur, ut iam dixi: quo uero ad partes aliorum fratrum, quæ in diuisione ad patrẽ filia peruenierunt, ipsa filia patruo **¶** etiam, & patruelibus uidetur præferenda, quoniam ad patruum, & patruales ex iure accrescendi nihil spectare potest, cum nullam portionem rei habuerint, cui accrescere possit, ut uoluit Bald. in l. unica. q. 1. r. uer. sed an diuisio. C. quan. non peren. par. quem sequitur ibi Rom. ac et refert, & sequitur Dec. in cons. 263. col. vii. quos intelligo in emphyteosi, seu feudo nouo.

uo. Cum igitur patruo, & patruelibus sine accrescere nequeant, & superstitibus filia femina ex natura cõcessionis pars paterna peruenit diuisione facta reperitur aliam partem rei, & retinere, dicendum est, illas alias partes rei eius portioni accrescere debere, quoniam si res deficientes accrescunt aliam portionem quam non habent, ut habetur in d. l. unica. patruus, & patruales in recompensationem emphyteotica habuerunt in diuisione bona. Quo fit, ut decepti, seu dñificati dicant si filia femina alterius fratris rē totam habuerit, & in illa successerit. Et propterea talis, quæ de iure, & ex natura cõcessionis emphyteotica partem ex successione patris, & patruo, & patruelibus suis, habere potuit, consequi alias partes rei, quæ patri suo assignata fuerunt, cum in habentibus fratribus ciliis sit transitus. l. in rem. §. item quoniam rei uendica. c. quod in dubijs. cum gl. de eccle. uel alta. ac facilius quid portionem accrescat, quam nullam partem habenti, cui accrescat portioni, & non illi, qui portionem habet, per rationes Bal. in d. l. unica. q. 1. ¶ In casu occurrenti emphyteosis fuerit patruus paterna in d. c. 1. de natu. success. seu. noua, nisi aliud ultra instrumentum exhiberi ostendatur, tenerem esse nouam emphyteosin casu, ut iam dixi, filia Petrigentilis debet obsequi, si emphyteosis esset paterna, & declarando, ut supra dictum fuit. Et ita procedo, saluo semper saniori iudicio. Lau.

S V M M A.

1. Emphyteosis paterna finita linea, uel aliter ad retinenda, si ab ecclesia de nouo concedatur duobus fratribus à primis emphyteosis, naturam paternam accipiet, & inter emphyteotas de nouo inuestituræ habet crescedi.
2. Limitatur, si in noua cõcessione esset adiecta aliquantitas, clausula, conuentio, seu forma, quæ in paterna non erat, & delictum emphyteosis ad ecclesiam reuerfa.
3. Emphyteosis finita ob culpam, & delictum emphyteosis tam petendi, & impetrandi renouationem, quam totam penes descendentes, & agnatos emphyteosis eius si ob lineam deficientem finita esset.

E P I T O M E.

EMPHYTEOSIS paterna finita, & ad feudolura, maxime ob culpam, & delictum, si de nouo duobus fratribus descendentes sine emphyteosis cum nouis qualitatibus, & formis concedatur, ea dicitur noua, & naturalibus circa dubium, an dicatur noua, seu noua emphyteosis, an uero antiqua, quoniam si diceretur antiqua, & paternum alterius fratris sine filiis, & descendentes, portio deficiens alteri fratri superstiti accrescere, seu ex iure antiquæ inuestituræ, secus si esset noua concessio, ad tractandum alios Doctores communiter in l. unica. §. de uerborum obligatio. c. 1. de successione.

CONSILIVM CXII.

Instrumento inuestituræ in feudo, & in l. 21. Dom. Hieronymo, & alio mæo fratribus, & filiis quodammodo de Dulcinis pro se, suisq; filiis, & naturalibus circa dubium, an dicatur noua, seu noua emphyteosis, an uero antiqua, quoniam si diceretur antiqua, & paternum alterius fratris sine filiis, & descendentes, portio deficiens alteri fratri superstiti accrescere, seu ex iure antiquæ inuestituræ, secus si esset noua concessio, ad tractandum alios Doctores communiter in l. unica. §. de uerborum obligatio. c. 1. de successione.

de fratre de nouo benef. inuest. in usu feudo videtur pri
mo apud dictum, dictos fratres fuisse de paterna,
& antiqua inuestitura renouatos, ut est de mēte Bart.
in d. l. i. m. & titio. col. penult. qui dixit, qd si abbas
finiatur in linea, uel qñ aliter emphyteosis ad eccle-
siam de deuoluta, ipsam emphyteosim paternā de
nouo duobus fratribus concesserit, talis noua conces-
sio naturā primā inuestiturā paternā, & anti-
quā, & de illa, ut de antiqua, & paternā iudicatur; &
ideo inter illos duos fratres de nouo inuestitos iuri
accedendi locus esse dicitur: cū quo dicto Bart. doct.
non pertinet uidetur: & ad propositū facit id, quod
voluit glo. & ibi Bart. in l. quod dicitur. ff. de impen.
in rebus doct. de bona est glo. in l. peculiu. §. si creditor.
ff. de pecu. optin. qñ est tex. & ibi And. de Iser. aliq;
fuit in l. c. de ual. decrep. xra. & habetur p. Bal.
in l. i. col. antepen. C. qñ non peten. par. in l. i. q. i. §. ff.
de rerum diu. & in c. i. col. antepen. an agna. uel fil.
Imolam. in c. p. extra de feudis. & Roma. in consi.
23 §. incip. in cau. proposita questione. Sed Dulcinus
pater fuit apud ab ecclesia inuestitus, ergo emphy-
teosis dicitur paternā, & antiquā. c. i. §. paternum. de
matu. lacc. Quare licet dicti duo fratres fuerint
de nouo inuestiti, tamē huiusmodi noua inuestitura
debet intelligi, & regulari secundū naturā primā pa-
ternā quod effectū, ut habeat locū ius accrescendi,
de quo nos querimus. ¶ Verū, his non obstantibus,
quid in casu nostro uerius esse existimo, qñ & si qñ fi-
nita inuestitura, & emphyteosi propter lineā finitam
dominus, seu Abbas illā duobus fratribus descendēti-
bus a primis emphyteosis de nouo cōcesserit, illa di-
catur potius emphyteosis antiqua, & paternā, uel sal-
tem primā ēē quod effectū iuris accrescēdi af-
firmare, ut supra, & habetur per Alex. in consi. 2. col. 2.
la. scilicet hoc singulariter limitatur non procede-
re qñ in noua concessione facta dictis duobus fratri-
bus esset aliqua noua qualitas, seu noua for-
ma, aut conuentio, qñ in prima non contine-
batur, ut uoluit Bal. in c. imperial. §. in super. circa 4.
col. de probis. seu alien. per Feder. in c. i. an agna. uel
fil. & in d. l. i. circa 2. col. ff. de rerū diu. & consiluit
Paul. Cuius consi. 222. secundū numerū antiquum,
de iura. reser. & sequit. Alex. in d. l. i. §. m. & titio. col.
iudicēs hoc esse ualde singulare. Sed in casu nostro,
emphyteosi finita, illa fuit his duobus fratribus de no-
uo concessa cū noua qualitate, & forma, seu noua cō-
cessio, ergo penitus noua esse, & ius accrescendi in
ea inter fratres locū nō habere dicitur: nam pri-
ma cōcessio Dulcino patri facta fuit pro se, & descen-
dentibus masculis, & feminis, cū hoc, qd primo mascu-
lis de descendēti nō nupta succederent, hæc uero,
& dictis feminis fuit facta, fuit concessa pro se, suisq;
filiis masculis legitimis, & naturalibus, & quibuscūq;
aliis successu ex pñominatis de Dulcinis per lineā
masculinā ēē legitimē, & naturaliter descendenti-
bus, nō extantibus, uel deficientibus pro eorū-
de de Dulcinis filiabus ēē legitimis, & naturalibus do-
mibus extantibus, qñ forma uerborū diuersa aliquali-
ter apta uidet, ut ex inspectione apparet, ergo &c.
Præterea pñposita prius caducitate in instrumēto
fuit facta renouatio cū nouo pacto in prima inuesti-
tura non comprehenso, uidelicet qd illis de Dulcinis li-
ceret edificare unā domū ad usum habitationis, & re-
ligiosi scortores tenerentur pñtare, & restituere qdā
memor. & qd dicti de Dulcinis non possint in domo
adificia habere, nec retinere personas inhonestas,
sed pñtatos, atq; laudabiles, aliās sint quocunque iure
emphyteotico, & melioramentis priuati, nā quāuis
de iure cōmuni conductor in domū sibi locatam nō

possit inducere, nec in ea retinere meretrices, & per-
sonas inhonestas, nō tamen, si secus fecerit, ipso iure
priuatur iure suo, & melioramentis, ut habetur p. Bal-
dum, & Salic. in l. ædem. C. locati. ex huiusmodi igitur
pacto non solito in instrumentis emphyteoticis
apponi, & quod in prima inuestitura non erat, infer-
tur nouā fuisse concessionē, & ideo tāquam finis in
noua emphyteosi, non est locus iuri accrescendi, ut
uoluit Alex. in d. l. i. m. & titio. & ex prædictis colli-
gitur. ¶ Rursus, qñ finita fuit emphyteosis ob lineam
deficientē, & sic non ob culpā, neq; delictū conducto-
ris, tunc si duobus fratribus a primo emphyteota de-
scendentibus concedatur, seu renouetur, non dicitur
noua concessio, sed antiqua, habetque locū ius accre-
scendi, ut supra, & uolunt Bart. & alii in d. l. i. m. &
titio. & Alex. in d. consi. 2. qui proprie hoc in casu lo-
quantur. ¶ At quādo emphyteosis finita fuisset ob cul-
pā, & delictum emphyteotæ, ut propter cessationē so-
lutionis canonis, abusum rei, & pacta non seruata, &
dominus ob hæc emphyteosim finitā esse declaraue-
rit, tunc si de nouo cōcederetur aliquibus, puta duo-
bus fratribus a primo emphyteota descendētib; dis-
cederetur noua concessio, & in ea iuri accrescēdi locus
non esset, argumento eorū, quæ habētur in c. 2. extra
de feudis. & per Imolam, & alios in c. ut super. de re-
bus eccles. non alienan. Ratio autem diuersitatis est,
qñ quando emphyteosis fuit finita ob lineam defi-
cientē, res ad dominum penitus non reuertitur, nec
dicif omnino deuoluta, quin aliquod ius remaneat
ipsis descendētib; seu agnatis primi emphyteotæ,
qui aliis extraneis sunt præferendi, si dominus rem il-
lam in emphyteosim dare uelit, ut est gl. in l. i. §. per-
mittitur. ff. de aqua quotid. & alii. & habetur per Bar-
to. Alex. & omnes in d. l. i. m. & titio. & per eundē
Alex. in consi. 80. col. penult. & ultim. & per totū lib. i.
Et ideo facta renouatione non censetur noua conces-
sio de noua emphyteosi, sed de antiqua propter pri-
mordiale ius, quod adhuc penes descendētes, & agna-
tos remanet. Itē quando res ad ecclesiam reuertitur
ob lineam finitā, non dicitur cū melioramentis reuer-
ti, qñ hæredibus emphyteotæ remanent, ad tradita per
Baldum in l. penul. C. de solutio. & in l. senatus. §. mar-
cellus. ibiq; Ange. ff. de lega. i. cum simil. At quando
emphyteosis fuit ad dominū, & ad ecclesiam deuolu-
ta ob cessationē solutionis canonis, & culpā emphy-
teotæ, tūc res omnino, & penitus dicitur reuersa, nul-
lo iure remanēte penes descendētes, & agnatos tam
respectu impetrandi nouā inuestituram, qñ meliora-
mentorum, per Bart. & Alex. in d. l. i. m. & titio. &
traditur per scriben. in c. potuit. de loca. & in c. ex par-
te. de feudis. Et hic ultimus est casus noster, pro quo
ad corroboracionē prædictorū possent plura adduci,
sed cū causa corā doctissimis uiris agitur, solum ex
prædictis concludā ad fauorem ecclesiæ, qd pro parte
fratris sine liberis defuncti res ad ecclesiam sit reuer-
sa, non autem alteri fratri accreuerit. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Ius emphyteoticum, seu colonie perpetue an, quando, & quomo-
do quis soluendo pensionem, seu canonem per tempus longis-
simum pro re conducta præscribat adeo, quod donec soluat,
non possit a re conducta amoueri, usque ad num. 8.
- 2 Quid de iure feudi.
- 3 Quid si apparet ab initio de certa, & uera causa detentionis, seu
possessionis.
- 4 Quid e contra in dubio.
- 5 Quid si infra triginta annos aliquid rei conductæ fuit aditum, pro-
pter quod pensio quoque aucta fuerit.
- 6 Quid si eandem pensionem, seu eundem canonem etiam difformi-
ter continue soluerit per tantum tempus, de cuius initio me-
moriam.